



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio I. De existentia prædestinationis diuinæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)



CONTROVERSIA SEPTIMA DE PRÆDESTINATIONE SANCTORVM.




ENIT vltro grauissima Theologia controuersia non, nisi magna inferutabilium iudiciorum, consiliorumque Dei reuerentia, & amore Apostoli exemplo disputanda: siquidem cur alias diuina Prædestinatio non item alias rationales creaturas peringat in arcibus Dei à nulla creatura penetrandis rationibus est situm: vt d. de causis Prædestinationis clarebit. Vltro inquam se disputationi nostre hæc controuersia sinit: quia difficultatibus reliquis Theologicis, atque humano discursu ex fidei nostre dogmatibus theologicè examinandis, ac decidendis principia omnia generalia (cum tomo 1. de Deo vno controuersia 2. de scientia, & controuersia 3. de decreto concurrendi cum causis liberis creatis, & 2. hoc tomo, controuersia 4. de voluntate d. 6. questione 2. de præfinitionibus liber. action. creaturarum, & tandem controuersia 6. de prouidentia d. 2. questione 2. certamine 3. à numero quarto, ac totis certaminibus sequentibus) in examinamus rigide, dilucidèque statuimus, vt qui ea non oscitans, sed debita legiti-
attentione sola eorum ad præcipuas controuersias huius difficultates Theologicas applica-
tione facili, ac simplici habeat opus, vt de eis ritè, rectèque definiat; quæ verò in
controuersia hac examini Theologico possunt subiacere, hæc summam sunt. Primum de
existentia, & essentia Prædestinationis Sanctorum. Secundum de eius causis: tertium de eius
effectibus. De quibus eodem disputationum succedentium ordine agemus.



DISPUTATIO I.

De existentia prædestinationis diuine.

Hoc 1. loco (vt in aliis controuersis merito præsti-
timus) examinandum statuendumque in hac con-
trouersia est: ne de subiecto non supponente otiosa,
atque inanis videatur disputatio: vt autem id, cuius
existentia examinanda, statuendaque præsentis disputa-
tione est, liquido, & absque ulla vocis æquiuocatione
constet id in primis statuendum erit.



QVÆSTIO I.

*Quid prædestinationis vocis à Theologiis
in hac controuersia intelligatur?*

Arius eius vocis, cum apud Philosophos, tum
apud Patres, & scripturam vsus questionis hæc
locum fecit, ac forte necessitatem, ne forte Theolo-
gica controuersia huius disputationes, & decisiones
æquiuocis locis claudantur, atque turbentur.

CERTAMEN I.

*Proprietatis significationis, & re-
ptionis Theologicæ vocis Prædesti-
natio dignoscende principia.*

Prædestinationis vox, cum ex verbo desino &
præiuncta præpositione præ constructa, ex altera
parte

parte varia significata, earum etymologia attendita, potest habere: & verbum *destino* sermonis proprietate respectu destinantis idem prorsus est, atque *animo statu*, *deserno*, *desino*, ut videre est apud amplissimum, & eruditissimum Roberti Stephani dictionarium ab editione eius tertia, apud Calepin. nostra hac tempestate aliorum accurata observatione auctum, ut dictionario illi æquivalcat, apud dictionarium etiam Ciceronis. Quia vero in iis, quæ arbitrio alicuius ad aliquid destinantur, siue numeris, siue dignitate exteriore nominatione destinantis voluntas fixa declaratur: & hæc ipsa nomenclatura, exteriorque designatio verbo etiam destinanti significati apud linguæ peritos solet: unde destinare aliquem Consulem, Praetorem, Ducem, Regem, tantumdem valet, atque designare, exteriusque significare, & ostendere: quæ vocis acceptione i. Machab. 5. dicitur: *destinavit aliquos de populo* (id est designavit) & *adierunt ad Regem*, & ad Rom. 1. de Christo Domino: *qui prædestinatus est Filius Dei in virtute*, & *resurrectione mortuorum*, id est virtute resurrectionis suæ ex mortuis ostensus, declaratus, atque ea resurrectionis nota nobis significatus designatus, atque equalis Filius Dei, & contra verba vltima de Incarnatæ ex Græcis Patris cum nostro Valquez ostendimus: mitto aliam verbi huius acceptionem semel apud Liliam lib. 3. Decad. 4. notatam pro suspicari, suspicantive de aliquo aliquem habere. *Animus*, inquit, *Lenæppum omnes cadis auctorem destinant*: quanquam & hic tantumdem, ac designant, valere censent.

2. Ex eadem significatione eius verbi propria, & primæva ortum est, ut non semel mittere incertum aliquem: ac determinatum locum, aut negotium tractandum, & agendum significet, sic vulgo sagitta in scopum *destinari* dicuntur, & fors acceptione eadem datis verbis ex 1. Machab. 5. destinati aliqui de populo dicuntur, ut scilicet Regem adirent: quia animam ex animi intentione, & decreto mittentes personam, ut ad negotium, vel locum determinatum, vel sagittæ, vel legati eant, ab ipso mittuntur: ex his autem atque aliis eius verbi acceptionibus, & significationibus (quas brevitatis atque ad rem præsentem inutilitatis causa omitto) quibus ad alia item significanda extensum illud est, constat: est primæva propriæque significatione verbum *destino* animi statum, definitionem, ac decretum significare, cum nulla sui significati, & significationis ampliatio ad aliquid aliud ulterius significandum extensum vsquam sit, quod animi decretum, ac definitionem non supponat, & concernat, nec ea ampla adhuc eius verbi significatione, confingitur. Rursus primæva hæc, & propria eius verbi significatio ex vltu eius ea verbi significatione ubique scriptorum frequentissimo constat, loca ex prophetis apud eorum quemvis obvia omnibus passim occurrunt: quare ea singulatim referre operosum esset, & inutile: satis nunc fuerit adnotasse inde eam verbi huius acceptionem in dictionariis latinis omnibus primum locum, ut primævam, & propriissimam sibi vindicare. Nec in sacris scripturis eius acceptio minus frequens: idcirco duo testimonia sufficiant. Alterum ex 2. Machab. 6. *destinavit* (Elcazarus) *non facere illicita propter vitam amorem*: & 2. Corinth. 9. *unusquisque pro ut destinavit in corde suo non ex tristitia, &c.*

3. Quoniam vero destinatio seu animi propositum, tam de malis, siue physicis siue moralibus, quam de altero genere bonis, idque, cum sibi: tum alteri concipi à destinante, esseque potest, sit, ut æqua proprietate propositum animi de bonis, sit, ut alterutro genere malis, siue respectu sui, siue respectu alterius dici possit, ac de se ad propositum alterutrum significandum indifferens verbum *destino* sermonis proprietate sit. Cum autem malis, vel bonum, de quo inferendo, vel ex parte destinantis pro curando propositum & destinatio concipitur, alterius est: hæc dicitur destinationis subiectum non quidem physicum, & passivum inhaesionis physice, sed intentionale, & obiectivum, & cui passivo destinatur, seu qui patiendi, vel fruendi, malo vel bono destinantis, proposito destinatur. Hinc malum, vel bonum de quo alteri inferendo propositum à destinante concipitur aculatio casu activa voce quandoque ponitur: subiectum vero intentionale, & obiectivum seu persona alter-

ra de cuius bono, vel malo propositum, seu destinatio habetur, in casu dativo: iuxta regulam generalem de vocibus, quibus alicuius commodum vel incommodum significatur: Cicero 3. de Officiis 59. *Cum eorum alteri dicam necesse destinasset*. Quandoque vero subiecti intentionalis, & obiectivi habita præcipue ratione, non autem commodi, vel incommodi, bonum vel malum in dativo, persona vero altera cuius est, in aculatio collocaur, sic Virgil. 2. Aeneid. 26. *Et me destinat aras* & Celsus lib. 3. cap. 4. *Asclepiades, ubi agrum triduo per omnia satigant, quarto die cibo destinabat*. Et constructio quidem hæc Theologis & scripturæ sacra in re præsentis visitator, ut constat, & ex subiiciendis locis videbimus. Dixi verbum hoc, de se ad bonum, vel malum vel destinanti, vel alteri, de quibus inferendis decretum & animi propositum concipitur æqua proprietate significandum aptum esse, tamen ex incapacitate subiecti destinantis ad malum, vel physicum, vel morale decretandum ex materia, seu obiecti significandi subtrahatione & impossibilitate malum significare in illo nequeat, id quod pro infra dicendis adverte.

4. Altera verbum prædestino componens pars est præpositio *præ* secundum se solum sumpta significatum proprium primævam, & frequentissimum idem quod *ante* habet, tamen nonnunquam nec inelegerat tantumdem ac propter valeat, ut *præ multitudine præ iræ præ insipia, præ lachrymis*: Eo autem sensu in alterius vocis compositionem non venit, sed solum in primæva illa propria, & vltimissima, qua nimirum significat anterioritatem variis respectu rei alterius: cum rerum anterioritas vero: & realis physica esse possit (videlicet tempore, loco, natura, causalitate, dignitate, iuxta modos prioris sæpe ex Aristotele memoratos, maioris vniuersalitatis, qui ad rem præsentem non est, prætermisso) vel realis intentionalis (qua scilicet iudicio, affective alterius, siue æstimatione, vel amore, atque electione vnum alteri præfertur, sit, ut, cum vocibus aliis in compositionem adiungitur, in earum significatis anterioritatem ex dictis aliquam, siue realem physicam, siue realem intentionalem respectu alterius denotet, ac importet: & cum nominibus iungitur, frequentius prioritatem dignitatis, & excellentiam in re per nomen significata denotat, maxime, si adiectiva nomina sunt: ut tantumdem valeat plerumque, atque nominis eius superlativum: quin ad aliquid alium respectum comparativum dicat, ut *prædius præclarus* idem acque *diutissimus* seu *valde diuerselarissimus*, *valde clarus* sit, quin de se minus diuites, vel claros alios esse significet: nisi addatur nomen aliud, quo respectu aliorum excellentia, & excessus denotetur: ut *omnium ex omnibus, vel inter omnes*.

5. Sin vero præpositio *præ* cum verbis ad tertiam aliam vocem componendam veniat, quamlibet ex prædictis prioritatibus pro significatis verborum diuersis solet significare. Quo circa, cum verba omnia tempus significant temporis præcedentiam frequentet, ac de lege (ut autem ordinaria) præpositio *præ* adiuncta designat, ni per directum verbi significatum aliudve adiunctum ad alterius generis præcedentiam, & anterioritatem respectu alterius significandam determinetur: ut in verbo *præcurro*, *præambulo*, ante alium localiter, siue cursu, siue incesu quenquam ire significatur. Ex adiunctis: si in aula, vel concessu quisquam præcedat: præcesserit interroget, vel asserat, de præcedentia, vel locali, vel honoraria, & dignitatis ex ordine locali vadecumque ex hominum placito localiter siue per sessionis loca statuto te, vel rogare, vel asserere, non autem de temporaria alicuius præ alio periculum est. Cum vero verba, quibus positio *præ* adiungitur, vel æstimationem, vel affectum significant, ubi de pluribus, erga quæ hi actus exercentur expressa est mentio, vel ex adiunctis supposita, aut denotata prioritas intentionalis, vel æstimationis, vel affectiva patientis; (ut grammatici vocant) personæ, vel rei cui verbum applicatur significatur, ut *præfero Petrum Ioanni*, vel *reliquis*: immo *præfero Petrum*: prælatio enim in æstimatione, non nisi respectu alicuius, vel aliorum esse potest: in his autem æstimationis verbis locum habet regula generalis (de significanda antecedentia temporis, seu durationis per verba, quibus *præ* adiungitur) excepto subiecta: quod scilicet

f. Secus autem res haberi in verbis simplicibus, quae affectum animi, seu voluntatis significant; quibus, si praeposito *pra* adiungatur, ita periculis, vel rei patientis anterioritatem intentionalem affectuum significant, ut tamen durationis anterioritatem non excludant. Cuius ratio est: quia prius etiam duratione amare non exigua amantis praerogativa et excellentia est, et in verbi proinde significatio ut quid impertinens non praetereunda, et omittenda: sed cuius ab amato affectui rependenda sit infundandum: cuius rationem solidam, et acutam de beneficio, (cuius anima, et vita amor est) referendo cum ab alio praeveniunt agens exemplo è Romanis bigis: quadrigaeque petito his Seneca nosse dedit, et illustravit. Operior illum, velut carceris inclusum, operis suum tempus, ad quod velut dato feno proficiat. Magna laudem celebratio obis est, ut si agnoscant antea

quia significat meritum op^e boni & non peccati. Idcirco antea dicitur fide erga nos amaris et attentatis nos ut ipsum redamemus hortatur, onerat, iureque cogit Deus Hierein .31. In charitate perpetua dilexite, & Ioan. ep. I. cap. 4. numero 19. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Denique aduerte in verbis, quae affectum animi significant, simplicitate aliqua ex illis, quoad intentionalem affectuum anterioritatem significantem, alius etiam affectum animi significantibus ex praesupposita pra compositis aequivalere: quia fide comparatione cum aliis, & ante latione alius ad alios simplicium illorum verborum significatum proprium nequit subsistere. Huimodii est verbum diligo generatim sumptum, quod tantum valet ac praemo, seu praediligo, aut prae aliis fide rebus siue personis deligam & amo: quia electio, quae proprium eius significat est, nisi vnius ex multis, & pra reliquis amari esse nusquam potest. Quod si huius simplicibus verbis affectibus praeposito pra adiungatur, vel praefiglo vel temporis etiam anterioritatis, vel alteri non intentionali affectui, vel affectui intentioni maiori significanti, fecus pleonasmus, inferri- uerit.

7. Videar fors mei instituti Theologici oblitus grammaticam agere, & superfutiosum grammaticum; siquidem proprias vocum & verborum significaciones probo, & ratione; cum illæ tamen signa ad placitum sint à solo consensu, & benepaculo hominum hoc potius, quam aliud, arque hoc, vel illi modo, & significantes, & in quibus proinde sic de significati proprietate ratio quærat, tyrannica illa sit pro ratione voluntas, prudens cuiusque proprius ratio sit: idcirco eruditus alias Grammaticus Broenensis dum Philosophum equi bonam grammaticam vacuis quibuscumq; subtilitatibus turbavit, vt in eius arte ac notis ad Syntaxim nouæ artis grammaticæ Nethericenis eius iudustria additis, & intrusus cernere licet: quarum omnium quæ ad aduerbium opus extat ridiculum exemplum esto: & ea quidem in vocibus simplicibus verum habent, in compositis autem ex partibus, præsertim eorundem significantis, & propria cuiusque partis significatione (quæ quidem ex hominum placito solummodo fuit) compositæ vocis significationi propriæ discursu est, & ratione venanda: immò inde etiam à lingvæ cuiusque peritis composita verba sunt, vt vocis præcipue signficatio modus aliquis, qui simplici vocis illa significari è prima eius institutione non poterat particule accessu significaretur: & id fanè in omnium compositarum vocum significatione venire comperitur est: vt idcirco verba hæc cognate significationis (cum suis scilicet simplicibus) à Latinis Grammaticis dicantur. Quam verò mei Theologici instituti memore fuerim, cum totus ad latissimam videbar diuersitatem ex lequenti certamine constabit: siquidem ex dictis non solum quid diuina, de qua disputamus, prædicti ratio proprietate vocis natura, & à Theologis suse apte significari statuetur, sed variaz eius acceptiones à aliis, & aliis vsurpant, nec propriis impropria, &

meti ad hanc controuersiam non aduocandæ notabimur : & inde prauæ, atque erroneæ Doctorum grauius, & Catholicorum lectiones, minufque proprie, citra periculum tamen fimile, nonnullæ deprehenduntur : ac demum qua ratione electionis uoce quali Synonyma diuina prædeterminatione Sanctorum à fcriptura tradatur.

CERTAMEN II.

*Proprie aliquot vocis Prædestinatio
accepciones, & quæ ex usu
Theologi?*

1. **E**X dictis hactenus constat animi propozitionem
re aliqua faciendā prius tempore concipiendam,
quam ab alio de eadem faciendā decetum futuram habere
beat, prædestinationem proprietate sermonis
posse, & cum, qui ita primus propozitum habet, præ-
destinate: id est prius alio rem aliquam faciendā de-
stinare: Latine proprietatis ergo, nec lollon Exple-
sistifici vix prædestino est, ¶ ut Robertus Strapham
in suo peraplo Thesauru putat: & adeo eum
asseruit, ut nihil aliud de eo verbo obseruandum po-
suerit. Vt autem præter proprietatem vix verbi præ-
destino, & sui nominis verbalis prædestinatio, sicut
Ecclesiasticus, Theologice ex dictis ostendit, sicut
ex capitis tribus iuxta dicta certamine prius
ostendam, apud Ethnicos etiam lingue positione lo-
tine, vel parentes, vel peitos, & via etiam na-
vores (& ea quam nuper ratione, & propozitione
abimus) fuisse concepti: audiatur *Emilius* prope in
Eumene locutus. *Primus Leonius Macedonem* ven-
rare prædestinasti: Vbi ex sola temporaria antecessio
propoziti & destinationis occupandi Macedonem ab al-
lofitem destinationem ab aliis potius habuit, & concep-
tam id prædestinasse proprietate sermonis ad *Emili-*
a dicitur.

2. Etsi autem hac solum ratione antea in-
duratone Sanctorum in Deo in gloriam definitio-
nis definitio latini sermonis proprietate dici recte
videatur; tamen, cum in omni Dei definitione, qui
non, nisi ab æterno, & ex æternitate concipi,
non intinfecta Deo æternitate durare possit ratione
iuncti definitianis, satis significetur pro Dei propo-
sitione & definitianis additum si ad eam solum
temporariam significandam addiderit pleonasmus
Dicitur Theologis sonare: cum ab æternitate
definitionis definitianis diuine eo ipso, quod diuina, in
Dei definitio esse dicatur satis fit significata Dicitur,
Theologicæ, & expressa, immo & non minus De
ignaris; quamvis pro rudioribus ad. Etiam quæ
candum adhiberi possit, & adiungi. Propter quod
revertur expresse adhuc cum diuine electionis æterni-
tatem in duratone Paulus fidelibus expresse
Ephes. 1. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitu-
tionem per effectum sanguinis. Cæterum profundius
apertæ ea verba sunt: illud enim in ipso, illud est
in Christo, cuius immediate memorat relationem
dixerat enim, Benedixit Deus, & Pater Domini
nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedi-
ctione spirituali in cælestibus, in Christo Cum autem
necedit & Deo Patre cuiusmodi benedictione spirituali
in cælestibus (id est ad cælestem vitam, & gloriam
æternam spectante) non solum Paulus eulogæ con-
tinet, & tempore Successus Christianæ vite, & mo-
re (qua eius merita sunt confirmata) duratone po-
steriores benedicti fuerint, atque illo pronome in-
apparet Christi merita antecessoribus tempore ipso
profundius, adiciat Paulus exemplum difficultatis
fidelibus credendum sicut elegit, &c. Ac si dicat:

non solum eorum justificationis temporariæ antea-
sed æternæ eorum electioni, scilicet temporis cuncto an-
teriori, vigore *ante mundi constitutionem* à Deo habere
Christi merita promissæ: quare eam meritum Christi
electioni iustorum præcedentiam, naturæ, & causalitatis,
vel quasi, anterioritatem dictione illa in ipso *ante*
natura constitutionem Paulus explicuit: non autem
electionis diuinæ ex æternitate antecessorem facis
superque ex eo, quod Dei electio esset, expres-
sam. Unde constat, male existimasse Origenem, & Ga-
brielem in Iud. 40. particula *pre* solum anterioritatem de-
stinationis & propositi diuini tota antea Dei æter-
nitate à Patribus, & Theologis denotari, quod ut
diximus pleonasmum vitio non careret, saltem, pro pe-
nitentiis.

3. De proprietate vocis *predestinatio* ratione localis
anterioritatis constat locum in ea non habere, quia im-
pertinens ad ipsam, cuiusque significatum est: huius &
dignitatis etiam, nisi quatenus intentionalem affec-
tum anterioritatem concernit, de qua postea: de
naturæ vero, & causalitatis anterioritate, quæ ra-
tione *pre* adiunctæ vocis destinationi respectu suorum
effectuum (quatenus illi sunt) conuenit, dubitari
potest. An particula *pre* sermonis proprietate, ac ci-
tra pleonasmum denotetur. Dabitur ratio est: quia
cum destinatio sola propositum animi de aliquo agen-
do, ac de se actuum significet, causam in actu pri-
mo rei cuius destinatio faciendæ est, significat sine
pre adiuncto: quare, & prius naturæ, & causalita-
tis: ergo ad illud significandum vocula *pre* illi ad-
iuncta superflua, ac non sine pleonasmum destinationi
adiungitur. Dicendum nihilominus est ad eam priori-
tatem proprietate sermonis significandam vocis *des-
tinatio* proprietate sermonis à Patribus, & Scholasticis
pre adiunctum in hac voce *predestinatio* merito fuisse.
Ratio est: quia absolute prioritas, & posterioritas
vnius respectu alterius abique absolute vniuersque exis-
tentia, in quouis ordine prioris, & posterioris huius lo-
ci, siue durationis, siue naturæ, & causalitatis nuf-
quam est. Unde qui solus in primo loco confensus
fuerit, nullo alio sedente in consensu eodem prior
alio absolute, & actu in eo consensu non sederet:
& qui prima duratione temporis existisset, nullo alio
subsecuti tempore producto absolute, & existente
nulli absolute præduraret: atque in re nostra, causa,
quæ effectum absolute non producit, atque in rebus
positis, prior effectus absolute non est: sed solum in
potentia, & conditionate, si causet, & effectum ab-
solute ponat. Nec aliud vox illa actus primi, seu in
actu primo causis secundam se sumptis attributa si-
gnificat: quam eo loco, & gradu esse, ut adueniente
effectus sit illo exercitæ & absolute prior, ut ei qui
solus sederet primo loco consensu, vel primo tempore
durare contingeret, si alius veniat, qui posterior,
vel daret, vel sederet: etsi ergo *destinatio* sola actuum
propositum, & causam subinde in actu primo desti-
nati effectus designet: designat actum primum in po-
tentia, & conditionatum solum; si scilicet ab ea effec-
tus constet, & suo loco absolute sit, & apponatur;
non autem actum primum; cuiusque absolutam priori-
tatem naturæ, & causalitatis, quovisq; eius effectus
absolute sit, & pro signo naturæ, & causalitatis po-
terioris, & suo, absolute locetur. Addita autem vocis
destinatio, quæ actum primum, & naturæ priorita-
tem actui propositi respectu rei, & effectus destina-
tio conditionalem & in potentia significat (vo-
cula illa *pre* effectus absolute futurum) quare &
absolute propositi illius, & destinationis animi cau-
salitas, & prioritas naturæ abique pleonasmum vilo si-
gnificatur.

4. Notauit hoc Thesaurus suo lingue latinæ citato
Stephanus verbo *predestinatio* ex Augustino (vbiuis
predestinationis significatum explicuit) his verbis:
Prædestinatio auctore Beato Augustino à præmittendo,
& *præmittendo*, & *prædestinatio futurum dicitur*.
Nempe absolute futurum: quod enim absolute fu-
turum non est, nec absolute dicitur futurum. Quan-
ta vero Stephanus veritate id ex Augustino retule-

rit, ex rigida, & Scholastica definitione prædestina-
tionis ex eodem Sancto Doctore infra recitanda con-
stabit. Consonant Preceptori Augustino discipuli ad-
dicillimi Fulgentius 1. ad Monim. Prosper respons. 15.
ad capitula Gallorum, quorum verba fecit etiam
sua Concilium Valentium sub Lothario capite ter-
tio, sic præscientiam à prædestinatione diuina discri-
minans; *præscire dicitur Deus illa etiam, quæ factu-
rus non est, ut sunt peccata; prædestinare autem alia
omnia quæ sunt ipso auctore faciendæ*. Vtique actu,
& absolute faciendæ cuiusmodi non sunt, quæ facti-
bilia ab ipso solum intra sui possibilitatem inclusa
ad absolutam effectum, siue existentiam nuf-
quam transibunt. Eadem sententia plurimum Patrum
est à nobis citatorum, ubi magnitudinem spheræ ob-
iectiue amoris diuini, ac diuinæ scientiæ compara-
uimus. Ratio autem Theologica est: quia præde-
stinationis voce specialissima, ac perfectissima promi-
tentie obiectiue libera significatur: quæ, scilicet,
sit, mediorum solummodo effectuum ad finem, seu
effectum liberum creatura rationali à Deo præstati-
tum, & præintantum electio prouisa, mediorum;
non quidem casu electorum, sed ex efficacie ipso-
rum scientia Dei certa, & infallibili in ipsa præde-
stinatione inclusa, ut de perfectissima hac prouidentie
specie (in qua prædestinatio est) generatim docui-
mus controuersia sexta de prouidentia d. secunda,
questione secunda, certamine tertio, à numero quar-
to, & certamine quinto per totum ac proinde præ-
destinatio necessitatem logicam consequendi finis,
seu effectus liberi intenti concernit: & mediorum,
tamen extrinsecus efficaciam, efficaciam Dei suapte na-
tura inuisibilis voluntatem suo proprio significato
complectitur: quare id, quod finis, & effectus suo ab-
solute coniungendum necessarium est, ac subinde respectu
illorum absolutum ut dixi naturæ, & causalitatis prio-
ritatem particula *pre* significatam, nec nuda voce de-
stinatio significandam, unde ad id significandum non
superflua, & cum pleonasmum, sed necessarium, & pro-
priissimè ad vocem prædestinatio aduocata à Patri-
bus, Theologis Scholasticis fuit. Non ignaro Chry-
sostomum, Theodoretum Damascenum & alios Pa-
tres ex illo ad Ephes. 1. *Prædestinatio* nati nos in adoptionem
filiorum per Iesum Christum in ipsum secundum
propositum voluntatis sue, voluntatem Dei de omnium
(etiam reprobis) quæ non erit) salute colligere:
sed hi tamen laxius *prædestinationem*, sicuti & *pro-
positum* usurpant: quia in Græco textu (quo præci-
pue Græci Patres utebantur) pro *propositum* habetur
beneplacitum: quod totam propositi, ac prædesti-
nationis vim, & energiam non continet, continet
autem, quod satis eorum instituto probandi Dei se-
riam, intentionem, voluntatem, & generalem prou-
identiam erga omnium salutem, erat: quare reliquo *pre-
destinationis*, & *propositi* omisso significato, eo, in
quo cum *beneplacito* conueniunt, sunt tantummo-
do vti.

CERTAMEN III.

*Alique acceptiones propriæ vocis
Prædestinatio e prioritatibus
intentionalibus quas
importat.*

1. Quoad prioritatem intentionalem veram, & rea-
lem rebus extrinsecam in estimatione, & affectu
alterius, & particula *pre* in ea voce *prædestinatio* pro-
prietate latina significabilem significari illam respec-
tu finis, & effectuum prædestinationis quorumvis
promptum videbatur asserere. Siquidem & finis à Deo
præstitutus

præstatur intentio eius affectu aliis rebus non ita intentis à Deo præferitur; ac tam ipse, quam effectus prædestinationis electi, effectusque Dei voluntate, aliis quæ à Deo, vel ad eum finem, vel alios non eliguntur apponuntur ab ipso affectu anteferi perspicuum est. Cæterum eam affectuam prælationem obtinendi de facto, & absolute finis, & effectum reliquorum prædestinationis, tam respectu finium reliquorum non intentionum, quam aliorum effectuum de facto non apponendorum, qui tamen prædestinationum aliorum effectus, & absolute, & de facto positi esse subinde possent, nunquam præpositione illa præ in voce prædestinationis inclusa à Theologis significari, immo nec sermonis proprietate denotari posse certum mihi est. Etenim tam intentio finis, quam eius, & reliquorum effectuum inter mediorum ad eius absolutam affectionem appositivam, atque effectus voluntates diuine ad eorum effectum tendens, vel gradu quovis sue proximo, sue remoto, ad rei effectum, qua talis, & respectu rei per illam faciendæ prouisioni, seu prouidentia, aut prædestinatio (quæ prouidentiam ut genus suum includit) esse potest: ergo nec suis intentio eiusve aut reliquorum inter mediorum absoluta effectio, & appositio qua illorum intentio, & appositio, sue, respectu illorum, qua efficiendorum effectus prouidentia aut voluntatis Dei rebus prouisioni, aut prædestinatæ est; tamen prouidentia, & prædestinationis Dei erga res alias sunt effectus ac insuper voluntatis Dei ipsarum quovis gradu effectricis. Minor probata à nobis est controu. 6. de prouidentia d. 2. quæst. 2. fere tota ubi ostendimus expressis testimoniis Nemesij, aliorumque Patrum, & S. Thomæ, & rationibus; (nostra etiam non contemnenda) voluntatem Dei actiuam factiuamque rei respectu illius sue erga illam prouisionem, seu prouidentiam: quare prædestinationem esse non posse, quæ essentia sua obiectum seu subiectum cui per ipsam prouidetur, factum supponit non facit nec nisi implicatoriè facere potest cum factam pro priori supponat, ut ad finem præstitutum per media dirigat, & gubernet.

2. Quo circa, tamen res ipsas omnes prouidentia aut prædestinatione effectas nonnunquam laxiore significatione prouisas, prædestinatæque Patres aliquot, & Scholastici appellant; hi tamen omnes, cum proprius rigidiusque loquuntur, res, seu personas solas, erga quas prouidentia aut prædestinatio à Deo habetur; prædestinatæ, & prouisas, obiectaque, & subiecta prædestinata vocant: res autem alias, de quibus ad præstitutum finem obtinendum prædestinatis, prouisionem ut subiectis, & obiectis, & ex eorum complacentia à Deo prouidetur prouidentia, & prædestinationis effectus intentus verò finis, & cuius præsupposita (ut diximus controuersia 6.) intentione, prouidentia, aut prædestinatio; erga obiecta, & subiecta illa habetur, terminus, & finis prouidentia, aut prædestinationis, ad quem per media prouidentia ordinantur prædestinationis subiecta, merito ab eisdem Theologis Scholasticis nuncupantur: sed enim quandoque tam scriptura quam Patres, dum mente, historia, & consideratione in aliquo sistant, quod reuera medium ad finem prouidentia, aut prædestinationis, ex qua medium illud reuera sit, nec ulterius historia, & cogitatione pergunt, de medio illo, tanquam fine, & termino, non autem tanquam de effectu, & medio loquuntur: quia, est prouidentia, & prædestinationis terminus, & finis (qui gloria, atque æterna nostra beatitudo est) re ipsa non sit, partis tamen ipsarum, quam solam tunc, vel historia, vel doctrina tradere, & explicare intendunt, terminus, & finis, ultra quem explicanda, tradendaque solum prouidentia pars non progreditur, omnino est, iuxta dicta n. 2. & iam dicenda: sic prædestinatos ad fidem & formalem iustitiam, & adoptionis gratiam sepe in scriptura, & Patribus legimus: ad fidem idem Hebræorum populo sepe in veteri testamento scribitur; & Paulus ad Coloss. 3. numero 12. *Induite uos semis electi Dei, &c.* Neque enim Coloss. omnes fideles, ad quos scribebat, prædestinati iustique erant, nec tales esse Paulus Ecclesiæ ex Dei reuelatione tradere uoluit: quod solum significatur etiam Actor. 13. loco explicando quæstione 2. certamine 1. de gratia verò, & iustitia formali, seu adoptio-

ne filiorum Dei ad Ephes. 1. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut effemus sancti.* Ac rursus, *prædestinatus nos in adoptionem filiorum Dei*; de qua Fulgent. 1. ad Monim. capite 8. & 13. *Quos prædestinatus ad gloriam, prædestinatus etiam ad iustitiam*; & Augustinus in Enchirid. capite 100. *Prædestinationem ad gratiam, dicitur licet an de gratia adoptionis, an de auxiliante, & prouidente loquatur, non satis explicentur*; ad utramque autem, acque commodè prædestinatio partialis sue incompleta (ut ait Lessius, & secundum quid, Soar. 1. de Prædestinatione cap. 3. numero 14.) dici potest quædam prædestinatio hominis subiecti, & obiecti absolute talis ad gloriam tanquam terminum, & finem dici solammodo possit, quod supponit Tridentinum sessio, cap. 1. de Canon. 1. 5. recitandum quæstione 2. certam. 1. numero 1. obiter reicienda Soari locuti cap. 4. numero 3. dicens non solum prædestinari propriè homines ad salutem, sed & hanc prædestinari ad hominis felicitatem; sed in primis dici magis propriè nequit quam prædestinari ad seipsam (quod impropositissime dicitur) cum uisio ipsa Dei hominis felicitas sit. Secundo, quia illud ad denotandum omnes rem, seu terminum, & finem à prædestinatione efficiendum, non autem obiectum, sed subiectum prædestinationis, quod factum prædestinatio essentia sua supponit è suo prouidentia generico prædicato, ut præcebamur ex dictis controu. 6. de prouidentia d. 2. c. 1. uisio autem Dei seu hominis felicitas terminus, & finis est à prædestinatione faciendus non obiectum, seu factum prædestinationi præsuppositum, & quod solum prædestinari ad finem aliquem apud Theologos dicitur.

3. Pronum autem hinc iam explicatis & positis de prioritate intentionali affectiua (de qua examina præposuimus num. 1.) an vi particulæ præ voce prædestinationis apud Patres & Theologos denotetur? definitur enim prælatio, ac prioritas affectiua uisus præ alio non de rebus, sue intermediis, sue terminis, aut finibus à prædestinatione efficiendis disputari propriè loquendo potest: cum ob rationes ex numero datas, tum ob rationes, atque insinuationes n. 2. quia finis, & inter media alia prædestinatione preparanda, & efficienda obiecta, sunt obiecta prædestinationis non sunt, ut vidimus, sed res solum, & terminus prædestinationis, & quæ non ratione gratia sue ex complacentia sui prædestinationis tangitur, sed ex obiecti, & subiecti prædestinationis complacentia, & quia huic bona (sue iucunda, & beatissima) sunt utilia, & ad eius summam iucunditatem, & æternam, si supremam felicitatem conducentia à Deo prædestinatione, & amentur, & fiant: in affectiua autem uisus præ alio prioritate, & prælatione absolute iudicanda illorum præcipua habenda ratio est, quæ ratione sui nec reuertit ad alia, in quibus complacemur; sed ex ipsorum, seu in ipsis complacendo affectus fertur: siquidem quod affectum attinet, eiusque estimabilem, seu æstimatum prioritatem, quæ inde, & ex complacentia in ipsis quibus bona, & utilia amantur, quasi materialiter se habent; tamen bona hæc inter se solum comparata, alia alius affectiue præferantur, ut finis omnis amor mediæ amor præferatur; sed eadem ratione, & proportionem subiectum, in quo complacemur; ex cuiusque complacentia finem; ac media ad finem volumus hominem amoris affectiua æstimatione, sue affectiue, mediis, ac finis uisio præferatur: de qua re plura in Philoſophicis diuinis controu. de actibus voluntatis: egitur prædestinationis uocales præ uirtute, & significationis energia prælationem hanc, & prioritatem intentionalem affectiuam personarum, seu subiecti, seu obiecti prædestinati respectu prædestinabilitium aliorum, qui tamen prædestinati non sunt, & sermonis proprietate, & usu scripturæ, Patrum, & Theologorum significat: quia maxima prælatio in affectu uisio est aliquem prædestinare, ac per ineffabilem modum ad tantum bonum ineffabiliter dirigere uelle præ aliis, quos sapè, & commodè possit. Hinc prædestinatio prædestinati electio frequenter in Novo Testamento maxime ab Apostolo dicitur: quia et pluribus, qui æque possent, relictis, electus, seu electus est.

4. Porro Catherinus libro 3. de prædestin. cap. 1. & 3. quosdam eximie electos ad gloriam esse ait; eos scilicet

scilicet, qui ante ipsorum merita absolute præuisa ad illam à Deo electi sunt, & paucos hos fuisse censet; alios vero non ita eximie electos, & respectu quorum eximie illi electi, prælatique in electione & affectu diuino sunt non fuisse, nisi post absolute præuisa à Deo ipsorum merita ad gloriam electos: æque hanc prælationem affectiuam ita ante præuisa merita electorum ad gloriam respectu præuisa, censet proprietate, & usu eius vocis denotari: unde nec saluandos, & electos ad gloriam omnes, sed solos paucos illos eximie, seu ante merita absolute præuisa electos esse prædestinatos. Hanc Catherini sententiam Sorus in caput 9. ad Rom. digressionem de prædestinatione erroris in fidem notat: Bæbes hæc enim censet prima parte, quæst. 2. articulo 7. vt autem æquum, rectumque de Catherini doctrina, & propositionibus iudicium, & censura feratur, singulatum illas omnes examinande sunt: & prima, qua electis ad gloriam quosdam eximie electos, alios non eximie electos vocat recte, & ex usu eius vocis apud Theologos Scholasticos loquitur. Recte: quia eximia electio, & in affectu magna prælatio est electorum aliquot, prædestinatorumque à Deo ad gloriam maiorem præ aliis ad minorem electis, & prædestinatis. Ex usu autem Scholasticorum, vt videre est in pluribus Scholasticis, cum antiquis, tam Recentioribus: nec ratione à nobis clara negari ab illo Theologo potest. Quod autem eximiam electionem præ aliis electis in eo ponat, quod illi ante merita absolute: hi vero post merita absolute electi à Deo ad gloriam sint nullam censuram meretur: vtrumque electionis modum in prædestinatis, & in aliquibus primum admittunt Scholastici non pauci Oxam Gabriel in 1. d. 40. & 41. alique non infirmæ notæ, quin ab aliis censuris male accipiantur: quia merita illa, post quæ absolute præuisa electos ad gloriam plures volunt, non naturæ cum Pelagianis, aut Semipelagianis, sed gratiæ per Christum esse Catholice defendant, de cuius veritate statim iudicabimus. Tertia Catherini propositio, solos scilicet eximie, seu ante merita efficaciter ad gloriam electos paucos proprie, & Theologicè dici posse prædestinatos: quia prædestinatio rigide, & proprie sumpta eam efficacem electionem antecedentem merita significet, est ab ipso animo hæretico non dicatur, sed in prerogatiua ita electorum à pluribus admittit commendationem, temeraria nihilominus propositio est.

5. Probat: quia Catherini solius contra omnes Theologos, definitionem prædestinationis & omnem rationem Theologicam est, vt ex dicendis patebit. Siquidem Oxam, & Gabriel, qui eam in electis ad gloriam nonnullis antecedentem meritis efficacem electionem admittunt, eoque eximie electos obinde vocant: aut illos eximie etiam vocant prædestinatos, quin electos alios non efficaciter ante merita proprie prædestinatos negent, sed solum excessum illum, quia supra prædestinationem alios contingit prædestinationi adiectum: immo vero prædestinationem propriam Theologicam in prædestinationem ante merita diuidunt, & ad rationem Theologicam accommodant (ni aliud infra dicendum certamine quarto obesset.) Nam electio saluandorum omnium ad gloriam præ aliis non saluandis affectiuam Dei erga illos prælationem dicit, tantumdemque valet, atque illorum præ aliis ad gloriam affectiuam Dei destinationem: quare: & prædestinatio. Cum autem præ illud destinationi diuine Sanctorum ad gloriam additum prælationi huic affectiue, seu anterioritati ipsorum respectu reprobatorum in affectu Dei significande, satis totam suæ significationis virtutem impendat aduerbio illo *eximie* aut simili alio, prælatio affectiuam Dei erga antecedentes ad merita efficaciter electos præ aliis non, nisi post absolute præuisa merita electis debuit explicari: quod secus habet in voce electionis ad gloriam, cum enim voce electionis ad gloriam prælatio illa affectiuam Dei, seu in Dei affectu electorum ad gloriam saluandorumque respectu non ita electorum & saluandorum, sed reprobatorum satis exprimitur: addita voci electionis particula *præ* prælationem, &

Christoph. de Origine de Deo Pro. Tomus II.

prioritatem aliam in Dei affectu ita (vt hi volunt Doctores) antecedenter ad merita efficaciter electos respectu non electorum efficaciter ante merita vi sui significati, & proprietate sermonis significabit. Quod satis confirmatur ex Ecclesiæ totius usu: cum enim eximie prædestinatam sanctam aliquam, obindeque Sanctorum factis à se adscriptam (precipue Deiparam) ex prælatione eius præ aliis prædestinatis in Dei affectu commendat, sic canit: *Alegit eam Deus, & prælegit eam, &c.* tamen eximium hunc Dei affectum erga illam præ aliis etiam saluandis non ex efficacia intrinseca antecedentis electionis, sed ex maiori sanctitate, & gloria, ad quam electa illa est, Ecclesia metatur. Denique Catherini locutio Patribus, & toti non Theologiæ solum, sed & fidelium Ecclesiæ (qui saluandos omnes prædestinatos absolute, & semper appellant) ea propositione aduersatur: videatur Sanctus Augustinus de dono perseverantiæ capite 9. Fulgentius de fide ad Petrum capite 3. & tam ipsi, quam Patres reliqui vbivis de prædestinatione agunt. Addo vltius, in fide periculosa eam propositionem esse: cum tantus Patrum Theologorum, atque Catholice Ecclesiæ, nemo discordant, in re ad fidem spectante consensus, non nisi, ex reuelatis esse possit: ubi autem, vel veritas hæc, vel eius principia fuerint reuelata ex dicendis quæstione 2. dignoscetur.

CERTAMEN IV.

Prædestinationis respectu meritorum pura prioritas materia, & ex dictis conclusio.

1. Denique intentionalis alia siue mixta ex reali, & intentionalis posterioritatis negatione anterioritas vocula illa *præ* voci *destinatio* addita prædestinationis voce denotatur: & cuius in prædestinatione intelligende, & nobis commendande à scriptura. Conciliis, Patribus & Catholicis Doctoribus cunctis maxima ratio habeatur: ea vero est, qua Dei prædestinatio motionem omnem intentionalem meritorum operum prædestinandi antecedit Dixi autem mixtam ex reali prioritate positua prædestinationis ad merita omnia nostra, & negatione intentionalis motionis meritorum ad quam prædestinatio sequatur: est enim ex reali physica prædestinationis ad merita prioritate naturæ ipsius à meritis intentionalis posterioritas satis ac me iudice euidenter apud politiores Philosophos excludatur: voluerunt tamen Patres, & Theologi Scholastici ea particula *præ* expresse, ac citra disceptum eiusmodi posterioritatem respectu meritorum, & in his responsuram intentionalem prioritatem respectu prædestinationis excludi: & relatè quidem ad merita naturæ Pelagiana, & Semipelagiana, eam meritorum prioritatem intentionalem ad prædestinationem, & responsuram in hac posterioritatem ad merita illa voce prædestinationis vi vocula *præ* (qua sola potest) prædestinationis prioritatem sine vlla posterioritate ad illa significantis excludi dogma fidei est. Addo, nec nimis (me iudice) à fidei dogmatibus distare, prædestinationis vocem vi particula *præ* incluse exclusionem posterioritatis ad merita etiam ex auxilio Dei supernaturali piofecta ob quæ prædestinatio à Deo habeatur, ac subinde omnimodam ac puram prioritatem abique vlla posterioritatis mixtura proprietate sermonis apud Scripturam, Patres, & Theologos significari. Tum, quia prædestinatio omnis principium meriti ex auxilio supernaturali oriundi necessario est, & nequeat principium vllum meriti sub idem meritum cadere, vt dogma Theologicum fert, à nobis sæpe contra minus in illud reuerentes Recentiores statutum.

cogitari inducitur tentetur: maxime prædeterminationis, quæ de facto fuisse à scriptura & Patribus asseritur. Diuina ergo prædeterminatio creaturæ rationalis vnius præ alia ad gloriam certò, & infallibiliter ex illa consequenda meritis absolutis creaturæ vnde cumque habitus pure prior, absque vlla respectu eorum posteritatem præsentis controuersie materia est, ac tota latine lingue præsentis controuersie materia est, ut hæcenus ostendimus proprietate, voce prædeterminationis, ut hæcenus ostendimus significata, & vulgari Theologica ipsius definitione Augustini contenta: *præscientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicunque delibentur*: quamquam prædeterminationis pura prioritas respectu meritorum d. de causis prædeterminationis fundanda alius à nobis sit.



QVÆSTIO II.

De Prædeterminationis diuine erga saluandos existentia.

Resens quæstio, non tam de conclusionem, quam de eius probandæ fundamentis solidis esse potest. Non enim apud Patres, & Doctores Catholicos solum diuinæ prædeterminationis erga saluandos existentia, siue eorum ad gloriam de facto obtinendam Dei voluntate ordinatio certa, & infallibiliter existens dogmatica veritas est: verum apud Hæreticos etiam ferè omnes est dogma inconcussum: tamen in prædeterminationis naturæ, & conditione à Catholica fide aberrant.

CERTAMEN I.

Errores contra Prædeterminationis existentiam dogmaticam, eiusque fundamenta aliquot examinantur.

1. Diuinam erga rationales creaturas prædeterminationem ad gloriam à capite negant, quicunque negant esse Deum recitari à nobis tom. 1. de Deo vno controuersia 1. d. 1. q. 1. cert. 1. cum prouideret, & prædeterminare non, nisi existentis, videnturque actu actiones esse possint. Alij etiam, qui Deo admisso eius tamen prouidentiam vniuersim negant, quos accuratè recensimus controuersia sexta de prouidentia d. 1. quæst. 1. certam. 1. d. num. 3. ex alijs, qui pro errore citantur cribratos: etenim, qui genus negat, species eius omnes negare certum est: Prouidentia verò genus ad prædeterminationem est atque hæc species illius. Tertio aliqui Dei erga creatura omnia prouidentiam non abolebant; eam tamen erga rationales creaturas omnino negebant: quare & prædeterminationem, quæ erga rationales creaturas prouidentia procul dubio est. Huius erroris Patronos, & sectarios reuli citata contr. 6. d. 1. q. 2. toto cert. 1. eiusque fundamenta, quæ Sapientiorum Philosophorum mentes turbant, discimus certam. 3. ex parte vero, non quidem subiecti prædeterminati (v memorati errores) sed materiam finis, ac rei, ad quam creaturæ rationalis Theologica atque absolute dicta prædeterminatio est, errores plures Philosophorum possunt referri à Spiritu Sancto ex infirmo consueti toto Ecclesiastes libro horum nominibus omnis circa creaturæ rationalis felicitatem vltimam, ac supremam beatitudinem: ibi enim singulati omnia, quibus quisque hominum se crederet pro suo genio felicem vanitatem vanitatis esse probat, atque in Deo solo nostram felicitatem esse concludit.

2. Eosdem errores omnes ac præcipuos eorum. Auctores recensit Augustinus libris de ciuitate Dei, ac *Christoph. de Origine, de Deo vno. Tomus II.*

confutauit, ac nos tom. 2. de ente supernaturali controuersia de beatitudine, quicunque ergo in alio, quam Dei possessione, & fruitione, in quibus nostra gloria, & summa, ac simpliciter talis felicitas, & beatitudo per scripturam, Patres, & Theologos sita est, constituunt ex parte materiam finis, ac rei, ad quam à Deo prædeterminatur aberrat, ac Theologicè prædeterminationi aduersatur: quæ, ut diximus ad gloriam, & veram nostram beatitudinem, in Deo ut obiecto possidendo, eiusque fruitione sita essentialiter est. Eos autem errores refert, ac singulatim confutare præsentis instituti non est, sed controuersia citatæ de beatitudine. Inde verò in Deo obiectione, in Deique ipsius possessione per eius intuitum visionem, vel de eo ita possessio fruitione, & gaudio formaliter beatitudinem consistere nostram, & gloriam ad quam à Deo prædeterminatur, & simpliciter dictæ prædeterminationis res, & materia est, supponimus cum Patribus, & Theologis non disputamus: quare huius loci controuersia cum iis solum est, qui ex parte subiecti prædeterminationis, seu prædeterminati aberrant à vero.

3. Et memorauimus quidem numero 1. eos qui vniuersim circa subiectum prædeterminationis errant. Partim autem non sane animo, & mente errant Catherinus memoratus quæst. 1. certam. 3. num. 4. asserens non omnes ad gloriam electos, & Dei speciali prouidentia certo, & infallibiliter saluandos prædeterminatos esse, sed paucos ex ipsis ante præuia absolute eorum merita electos: eius autem propositionis censuram à Soro, & Banes latam ibidem retulimus, nostramque Theologicè temeritatis notam adiecit, quam probauimus toto numero 5. immò, & esse in fide periculosam addidimus, cuius additi probationem in hac quæstione remissum dandam ex scripturæ, & Conciliorum testimonijs pro saluandorum prædeterminatione exploratis recitandis expendisque certamine 1. Hic solum recito verba Augustini, & Fulgentij ibidem citatorum. Augustini 9. de dono perseuerantiæ *functus duobus pijs cur huic doneatur perseuerantia usque in finem, illi autem non doneatur: infirmabiliora sunt iudicia Dei: illud autem fidelibus debet esse certissimum: hunc esse ex prædeterminatis, illum autem non esse.* Fulgentij de fide ad Petrum capite 35. *firmissime tene, etc. nec quinquam eorum quos non prædeterminauit ad vitam, vlla posse ratione saluari. Quod verum non est, ni saluandi omnes prædeterminati iudem sunt.*

4. Ponit statuta Dei prouidentia erga homines, ac rationales ceteras spirituales creaturas, earumque actiones (de vtriusque enim eadem ratio est) de medijs quibus præcipuum, & supernaturalem suum finem assequi omnes possint, & de facto eorum aliquæ consequantur, Deum eam habere pronam esse integræ naturæ finem, cuius capax est orbata per Dei bonitatem relinqueretur: quod tamen è supremo Dei Dominio fieri absolute posset, dum factum certò non constet, non factum ratio suadet. Maxime, cum temporales malorum felicitates, iustorumque ærumnæ non casu, ac fortunæ gentilitate temeritate, sed ex æqua, & sapientissima Dei prouidentia venire, nisi ad Dei prouidentiam specialem erga iustos, quos per tot tristitia ad finem æternæ gloriæ, & commodis cunctis temporalibus longe præstantiorem, sua misericordie voluntate dirigit, ac perducit, recurratur, defendi non possit: ut vidimus citata controuersia 6. d. 1. quæst. 1. certam. 3. Ea verò specialis Dei prouidentia qua de medijs quibus certo ac non casu, de facto gloriæ suæ æternæ finem assequantur, qui cum consequuntur, ipsi summa prædeterminatio est: item, cum nihil absque Dei prouidentia in rebus eueniat, saluque, & gloria æterna plures ex fide, atque infallibili Ecclesiæ Dei declaratione contingat. id ex speciali Dei prouidentia erga illos, prædeterminationeque euenire certissimum est. Tertio: cum prædeterminatio quorundam ad fidem iustitiam, & charitatem passim in scriptura asseratur, hisque, si cum perseuerantia sint, effectus ipso coniuncta sit æterna salus, & gloria, & ad eam etiam prædeterminatio erit: præsertim cum illis vita, & salus æterna à perseuerantibus obtinenda sit, neque id Deus, cum ad illas rationalem creaturam prædeterminat, ignoret.

5. Quæ autem loca Conciliorum, & scripturæ prædeterminationis

Pp 2 destinationis

destinationis Sanctorum existentiam de fide formale dogma reddant, non ita conuenit inter Scholasticos DD. Supponitur autem à Tridentino sess. 6. c. 12. & Canon. 15. damnante asserentes, *Hominem iustificatum teneri ex fide ad credendum se certo esse in numero prædestinatorum.* Vbi nota prædestinatos ad iustitiam, ut sunt quotquot iusti sunt, absolute prædestinatos non dici, sed secundum quid: quia ad eam prædestinatio secundum quid solum prædestinatio, non autem absolute apud Patres Concilia & Theologos dicitur ut quæst. 1. certam. 3. num. 2. dicebam. Prædestinationis existentiam similiter supponunt Concilia alia Mileuit: & Arausican. 2. recitanda d. 3. quæstione 2. Ex scriptura asseritur à nonnullis id Matth. 25. *Venite benedicti Patris mei: percipite Regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Sed de remunerationis voluntate, & preparatione gloriæ. non autem mediocriter ad illam, est sermo: ut Deo gloriam parandi, & homini recipiendi eadem causa merita præiusta absoluta fuerint, ut germanius plures eum locum interpretantur: subditur enim. *Eurini enim, & Adulteri mihi manducare, &c.* Confirmatur: eodem quippe modo fertur immediate in scelestos reprobos ob absoluta impietatis suæ demerita damnationis sententia: *Ite maledicti in ignem æternum qui parati estis Diabolo, &c.* quæ retributionis pro bene, maleve gestis voluntas propriè prædestinatio non est, ut vidimus quæst. 1. certamine 4. num. 1. tamen ita Patres quandoque laxiori acceptione prædestinationem appellent notatis locis eo certamine, numero 3. sub finem: & Arausican. Concil. capite tertio, ac insuper Ambrosius 5. de fide scribens: *Quorum merita præciuit, eorum præmia prædestinavit.*

6. Inducitur à pluribus illud Act. 13. *crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam æternam:* quasi illud præordinati idem ac prædestinati sit: ea tamen virtute vocis eo loci æquiualentia admissa vitæ æternæ nomine solum fidem, ad quam prædestinari essent, qui ex auditoribus crediderunt, non pauci interpretes volunt: ita enim fides appellatur Ioan. 17. *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum:* Ad quem locum Euthymius & Cyrillus illum Act. locum de fide interpretantur: quæ obinde etiam Dei Regnum dicitur Luc. 17. *Regnum Dei intra vos est,* iuxta Cassiani doctam explanationem: sed quicquid de hac interpretatione (probabili quidem) sit illud certum nobis, & doctissimis interpretibus iam citandis est: eos omnes, & solos tunc primum credidisse Apostolo prædicanti, qui in ea ciuitate prædestinati ad gloriam erant esse omnino incredibile. Nec ratio idonea apparet: ut eorum omnium prædestinatio tunc Lucæ reuelaretur, maxime, ut, eis adhuc viuentibus, euulgaretur: germanus igitur eius loci sensus est: tunc primum prædicanti Apostolo credidisse quotquot ex præconcepto diuinitus æternæ gloriæ; & viæ ad illam inueniendæ desiderio dispositi ad fidem in audientium catu inuenti sunt. Ita Salmeron ad eum locum & Iulius Chrispoldus laudatus à Lorino ibidem, Venerabilis Pater Gaspar Sanctius etiam ibi Lessius de prædestinatione sectione 3. & Magnus meus Magister Didacus Daza in manuscripto de prædestinatione d. 2. §. 1.

7. Afferri etiam vulgò solet illud 2. ad Timoth. 2. *Nonit Dominus, qui sunt eius & ad Rom. 11. Non reputat Dominus plebem suam quam præciuit.* Quod August. cap. 18. de dono perseverantiæ explicat de prædestinatione. Ea tamen Lessius noster proxime num. 30. de electione ad fidem interpretatur iuxta illud 1. Petri cap. 1. *Electis aduenis secundum præscientiam Dei Patris.* Secundò plebs, & populus Dei, & qui eius esse à scriptura dicuntur fidelium Ecclesia fide in ipsum aliqua nota vel circumfessionis, vel Baptismi ad eius cultum, & obedientiam non autem idolorum, destinata in scripturis factis intelligitur. Tertio: non satis eo nomine scientiæ, ac præscientiæ explicatur: An de scientiæ prædestinatorum post merita, iamque Beatorum, perpetuòque Dei futurorum possessione æterna, an de præscientia eorum ante merita sit sermo? Quarto cum prædestinatio scientia sola Dei electionis de mediis infallibilibus præiusta non contineatur, etsi de scientia anteriori ad

merita sit eis in locis sermo: non tamen in terminis termino erit de prædestinatione, nisi id ex contextu eorum locorum aliunde, quam ex eis verbis ostendatur. Quod ipsum dicendum est de locis illis, quæ vulgò etiam ad rem hanc adducuntur ex 1. ad Ephel. *Elegi vos in ipso ante mundi constitutionem, ut essetis sancti:* et illi. *Prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum secundum propostum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ.* Hæc enim de prædestinatione secundum quid ad formalem sanctitatem, & adoptionis gratiam sunt expressa, quin toto eo capite aliquando, quod inuenit (necum cogat) de prædestinatione simpliciter dicta, siue ad gloriam, ea interpretari: nisi, quod in Pauli phrasi propostum idem quod prædestinatum est: ut cunctis est notum, atque in simili textu ad Rom. 8. v. debemus cert. 2. n. 1. quare, etsi ratione termini expressi prædestinationis asserta hic à Paulo prædestinationem videtur, est tamen asserta ratione vocis *propostum* adiunctæ.

CERTAMEN II.

Pro existentia Prædestinationis ad gloriam ex Scriptura testimonio firmiora.

1. Primum testimonium sit ex 8. ad Romanos 29. Nam, quos præciuit, prædestinavit confirmat per imaginem Filij sui. ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Magnus meus Magister Daza non satis huius testimonio fides, sicut nec Lessius de prædestinatione, sectione 3. Nam Toletus ibi conformitatem per gratiam adoptionis, quæ filij naturalis Dei Iesu Christi fuerit constituimus, intelligit: ad eamque solum prædestinatos eo textu asserit. Valquez autem in paraphrasi, ex qua Cornelius ibidem, & Lessius vbi proxime ad conformitatem passionum cum Christo, de quibus dixerat immo diat, diligentibus Deum omnia, quantumvis aduersa, cooperari in bonum. Sed vel maxime ex hac clausula præmissa ab Apostolo prædestinationem ab ipso asserit esse ad gloriam, ac simpliciter talem, nec secundum quid ad gratiam adoptionis solum, vel conformitatem cum Christo in passionibus videatur mihi videre: sunt enim verba. *Scimus autem, quoniam diligentes Deum omnia cooperantur in bonum.* An omnibus; nequaquam, siquidem plures Deum diligentes aduersis frangantur: tentationibus, præsertim grauib, succumbunt, atque excidunt sæpe à charitate. Ideo de quibus Deum diligenter loquatur subdit, quasi notam & charitatem: *Iis qui secundum propostum vocati sunt sancti:* ubi propostum, non propostum, seu prædestinationem secundum quid ad Dei charitatem, seu sanctitatem, & adoptionis gratiam (quæ dubio procul erga omnes Deum diligentes, & iustos est, etiam illos, quibus, non in bonum sed in malum aduersa, & tentationes, quibus coadunt cooperantur) sed propostum, & prædestinationem simpliciter talem, & ad gloriam cum illis certò & infallibiliter coniunger, aperte significat: inde enim euenit, ut omnia illis tandem in bonum obtineant.

2. Idcirco statim in textu nostro rationem hanc de prædestinationis diuine certitudine, & infallibilitate subiunxit. Nam quos præciuit, & prædestinavit, eos formes fieri imaginis filij sui. Non vitioque in adoptionis liberationis per gratiam conformitate deficiat tandem, sed perennis, & cum gloria, ad quam prædestinati sunt æternum associanda & perstitura: ex eius quippe gloriæ, & salutis æterorū intentione effectum est, ut non intereat aduersa, ac dura quippe dispoſuerit, ut non intereat occasio essent: sed causa potius æternæ salutis: quæ etiam in re Primogenito prædestinatorum facti fuerit Deus suos prædestinatos efficit: ut sicut illos, per aduersa vincant triumpharentque in cælis: vniūque eorum.

moris, & resurrectionis, & gloriæ Christi per illam mentem num 34. *Christus testis, qui mortuus est; immo, qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Nec video quomodo exemplari prædicatorum filio incarnato conformitatem per ea passionum media velit, ac prædestinet, quos in gloriam in qua perfecta quæ nobis cum ipso, qua homine & cum Patre nostro Deo similitudo, & præcipua est, iuxta eundem Apostolum. *Similes ei erimus: quia videmus eum fieri est;* non prædestinet: Confirmatur ex num 31. ubi præij moris, & Passionis Christi pro æterna nostra salute in aliquibus obillud obtinendi, atque amoris, quo illi pro nostra salute Pater non pepercit, expressam facit mentionem, ut prædicatorum prædicatorum secundum propositum, quo à salute æterna prædestinati non excludant: moria potentissima Deo proposita explicet, & ex amore illo, quo Pater pro nobis ad mortem suum filium dedit, concludit: *Quomodo non etiam cum illis omnia vobis donavit?* gloriam etiam Dei propositum, & prædestinatione pro sua bonitate, & præij magnitudinis electis paratam. Confirmatur ex numero tertio, ubi prædestinatos, quos dixit, electos Dei vocat; *Quis accusabit adversus electos Dei?* Electi autem Dei absolute proprie prædestinati, & soli in scriptura dicuntur.

3. Secundum testimonium ex eodem capite & hæcenus expenso immediate subnexum, atque ipsius ad rem nostram validissimam confirmatio sic habet. Postquam enim dixit: *Omnia diligentibus Deum secundum propositum vocasti* in bonum cooperari: quia ex certa Dei scientia prædestinati à Deo sunt ordinem ipsum specialis Dei erga illos providentiæ propositi: seu prædestinationis, quoad gloriam gradatim perducuntur, his subicit, *quos autem prædestinavit* (ex præscientia infallibili, ut immediate dixerat) *hos, & vocavit:* Ecce gradum primum prædestinationis præfata executivum, & quos vocavit, *hos & iustificavit:* ecce gradum secundum. *Quos autem iustificavit, illos & glorificavit:* ecce gradum postremum executionis, & obtentionis finis gloriæ, & prædestinationem, quam de diligentiibus Deum vocatis secundum propositum asseverat, ut rationem redderet, cur eis omnia, quantumvis adversa, ac difficilia in bonum cooperentur: quia nimirum ex propositum, seu prædestinatione Dei habita ex præscientia eius infallibili nequeunt à bono, ad quod prædestinati sunt, & præordinati (id est summo bono) decidere: quia ut hoc textu ait, quos prædestinavit, vocat ea vocatione, quam habuit effectum certo præcuius: hæcque ad iustitiam perducunt infallibiliter deducuntur: atque inde indefectibiliter ad gloriam, ad quam eos prædestinavit perveniunt, multo ut plurimum certamine, sed à causa cadendi periculo nullo. Nil ergo pro existentia diuinæ prædestinationis Sanctorum hoc textu, & antecedente se mutuo iuvantibus, & interpretantibus expressius dici potuit, & illustrius: & quibus nihil nebula possit offundiri, ut ex iam abigendis aduersariis, siue potius de eorum claritate addubitantium, nebulis facile clarebit.

4. Inquirunt primo: qui eorum claritatem in dubium vocant, Chrysostomum, & Græcos Patres, atque ex Latinis Gregorium Magnum, & Hieronymum, & Ambrosium seu, qui commentariorum in eam epistolam horum operibus inferorum auctores (graves quidem, nec contemnendæ autoritatis) extiterunt, illud glorificant, non de æterna glorificatione per beatitudinis æternæ assequutionem, sed de temporaria, atque bonis vite glorificatione intelligere: & verbum sanæ Græcæ tantumdem, atque magnificavit, significat: ut idcirco Græci Patres in eam videantur interpretationem concordēs venisse, Vnde Sanctus Ambrosius, seu Dōctus ille Commentariorum Auctor, & Sanctus Thomas, prima parte, quæstione 23 articulo secundo, atque Græcæ lingue peritissimus Cardinalis noster Belarminus tomo 2. controuersiarum de Sacramentis libro 1. de Baptismo capite 8. §. *Hi habemus igitur*, pluresque eius epistolæ codices vulgatissimi magnificavit, pro *glorificavit* legunt. Cæterum, licet magnificavit de temporali gloria, & plausu intelligi alias possit, nequit tam

men in presenti textu, ex capitis contextu de ea intelligi sistendo in ipsa, ut prædestinatio, de qua hic Paulus, vltimus ad gloriam, & magnificationem æternam non progrediatur, tendat, ac intendat. Totum enim caput est de vita spirituali, ac non secundum carnem, & ex qua æternam vitam, & hæreditatem, ac cohereditatem cum Christo, si cum ipso compariamur, moriamurque expectantes inde resurrectionem obtinendam, quam scilicet nondum habemus: tametsi adoptionem gratiæ habeamus, quam non expectamus utique, dum posidemus. Ex quibus constat, de qua conformitate imaginis Filij sui Sanctos prædestinatos dicat: itaque gloriam temporariam, nisi quatenus æternæ subseruiat, prædestinationis, de qua hic Apostolus terminus: immo nec effectus esse potest; cum ex meritis Christi sit, qui sola bona spiritualia, & æternam salutem: temporalia vero solum quatenus his possunt inferuire promeritis nobis est. Confirmatur demum ex immediate subiunctis numero 31. *Quid ergo dicemus ad hæc, si Deus pro nobis, quis contra nos.* Ut aduersis, ac tentationibus vincendos prædestinatos tandem non esse indubitable ostendat: cum tamen contra eos, pro quibus Deus absoluta prædestinatione ad gloriam non sit, plures, pluraque esse, quæ eos de facto turbent, ac deturbent, sit certum: eaque securitate, & certitudine, quam Dei erga electos suos prædestinatio facit, cunctis aduersis singulatim bellum certus de victoria reliquo capitis indicit.

5. Terium testimonium sit ex eodem Apostolo epistola eadem ad Romanos capite nono, numero 13. ubi Iacobi & Esau exemplo rem diuinæ prædestinationis, & reprobationis absolutæ ita fidelibus proposuit. *Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (ut secundum electionem propositum Dei merneret) scilicet prædestinationis, & reprobationis, absolute talium in illis figuratarum) non ex operibus sed ex vocante Deo dictum est ei (Rebecæ) quia maior seruit minor, sicut scriptum est (Malach. 1. numero secundo,) Iacob dilexi (nempe prædestinatorum imaginem) Esau autem (reprobatorum figuram) odio habui.* Ac toto reliquo textu exemplo hoc, variisque scripturæ testimoniis, & exemplis adductis probat, & concludit: prædestinationem, & reprobationem omnem, siue ad fidem, siue ad iustitiam, siue ad gloriam: tametsi de ea, quæ ad fidem, ac populum specialem Dei est ut plurimum loquatur: in ea quippe forma prædestinationis diuinæ ad reliqua omnia ab Apostolo describitur in Iacobo: sicut & in Esau reprobationis forma dicitur figurata: quare, & litterali sensu figurato à Paulo Sanctorum prædestinatio asseritur: sicut & rebus, & personis veteris Testamenti pluribus, & Christus Dominus, & Noui Testamenti, fideique nostræ Mysteria ad litteram adumbrata, & figurata sunt, ut idem Paulus ait, ac pluribus ex veteri Testamento recitatis, in nouoque expetis sæpe ostendit: sicut & Christus Dominus, & Euangeliste in Euangelis ac Sanctus Petrus in epistola declarat.

6. Quod verò non solum prædestinationem ad fidem & populum Dei, & reprobationem ab illis (quæ institui sui illo capite præcipua materia erat) in Iacobo, & Esau representantem velit, sed absolutam ac simpliciter talem prædestinationem, scilicet ad gloriam, atque reprobationem aduersam constat. Primo: quia propositum secundum electionem vocat, quæ tantumdem in eius phrasi, ac prædestinatio absolute, & simpliciter talis valeat. Secundo: quia odij, & dilectionis in Esau & Iacob vocibus ait fuisse absolute per Malachiam significatum: quæ non, nisi de perpetuo amicis beatis, & perpetuo inimicis reprobis absolute dicuntur: non autem de peccatoribus solum ad tempus prædestinatis, atque reprobis ad tempus solum iustis. Tertio etiam: ex eo quod in Iacob, & Esau figuratos *vasa misericordiæ*, alioque *vasa iræ* absolute vocat: tum *vasa misericordiæ* non, nisi prædestinati absolute dicantur apud Scripturam & Patres, & rationem, nec *iræ vasa*, nisi absolute, & simpliciter

pp 3 reprobis.

reprobi. Quarto eis absolutis compellationibus utro-
rumque non contentus Paulus exemplo figuli, & mas-
se pro ipsius arbitrio in vasa ad hoc, vel illud mini-
sterium formandæ illis verbis numero 21. rem expli-
cuit. *An non habet potestatem figulus luti ex eadem
massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud ve-
rò in contumeliam?* Notas alias vnam absolute præ-
destinatorum, aliam absolute reproborum, his imme-
diate subiunxit numero 22. & 23. *Quod si Deus volens
ostendere iram, & notam facere potentiam suam sustinuit
in multa patientia vasa iræ apta (permittitque à Deo
parata ac vicio suo facta materia idonea solum) in
interitum, ut ostenderet diuinitus gloria sua in vasa mi-
sericordiae, quæ preparauit in gloriam: apta vero vasa
iræ in interitum ex Dei permittit electione, & præ-
paratione, ac vasa misericordiae preparata à Deo posi-
tuo affectu, & electione in gloriam, quidam aliud
quam absolute prædestinati: Denique Patres, & Con-
cilia de absolute prædestinatis, ac reprobis intelligunt,
ac validissime illo loco prædestinationem, siue adæ-
quate, siue inadæquate sumptam ex naturæ meri-
tis Pelagianis, vel Semipelagianis non esse inretra-
gabiliter concludunt, ut videbimus d. 4. questione se-
cunda.*

7. Quartum testimonium pluribus constat ex Euan-
gelio ubi electorum nomine prædestinati ad gloriam,
siue absolute & prædestinati omnium Patrum & inter-
pretum concorditer intelligentia asseruntur. *Matth. 20. ex
parabola operariorum vineæ concludit Dominus. Multi
enim sunt vocati, pauci vero electi, numero 16. in
quam sententiam verbis eisdem iterum concludit Do-
minus capite 22. numero 14. ex parabola alia nuptia-
lis conuiuij, ex quo ligatis manibus, & pedibus in
tenebras exteriores electus est conuiuii, qui absque
nuptialis veste conuiuij assederat mensæ, & capite 24.
de postrema Antichristi persecutione frangendis san-
ctitate, & Spiritus robore validissimis Christianis pari-
ar numero 22. Et, nisi breuitati fuissent dies illi
non foret salua omnis caro: sed propter electos breuias-
sunt dies illi: quam sententiam scripsit ita Marcus
capite decimotercio, numero 20. Et, nisi breuissset
Dominus dies, non fuisset salua omnis caro, sed propter
electos, quos elegit, breuissset dies: quia scilicet ea
breuiatione dierum non frangendi vili prædestinati,
& electi illi sunt, ac fuere ad infallibiliter obtinen-
dam gloriam prædestinati, qui proximiori persequu-
tionem sub eisdem auxiliis, per quæ prædestinati
sunt, frangendi, atque à iustitiæ perseuerantia, &
gloria deciluti conditionatè videbantur. Numero au-
tem 22. *Exurgent enim Pseudochristi, & Pseudo-
propheta, & dabunt signa, & portenta ad sedu-
cendos (id est potentissima de se se, ut seducant)
si fieri potest etiam electos: quod ipsum Matthæum
dicto capite 24. numero 24. sic scribit. Surgent enim
Pseudochristi, & Pseudopropheta, & dabunt signa ma-
gna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur
(si fieri potest) etiam electi. Parenthesi vero, si fi-
eri potest, utrobique adhibita, consequens impossi-
bilitas erroris, & peccati finalis absolute, ac sim-
plicitè prædestinatorum ad gloriam propria signifi-
catur, ut patet: cuiusque utroque Evangelista-
rum horum capite electorum nomine sæpe repetito,
roties prædestinatos de facto à Deo, ac subinde
existentiam prædestinationis Sanctorum in illo asse-
ri, atque enunciari, ut præter dicta numero 31.
Congregabit electos eius, apud Matthæum, &
apud Marcum numero vigesimo septimo.
Congregabit electos suos
cuius.**



DISPUTATIO II.

De essentia Prædestinationis.



QUÆ sub disputationis titulum exami-
nanda veniunt, breuem facillimeque de-
cisionem apud nos habere, si vero de
miliores tradendis solum, non etiam
de Scholasticorum aliorum doctrinis lo-
tores instruire curemus, atque illis
legentium æquiuocationi expostis locutiones in ap-
petum Theologum ceteris, vel admitendum, vel re-
ciendum seculum deducere. Primo ergo examinandum
est: an prædestinatio Sanctorum Dei intentionem, siue
inefficacem gloriæ ipsorum includat. Secundo: an effi-
cacem gloriæ ipsorum in Deo intentionem absolute
supponat? Tercio: quid demum claudat, quidque sit di-
na Sanctorum prædestinatio?



QVÆSTIO I.

An Prædestinatio gloriæ Sanctorum
intentionem aliquam diuinam
formaliter claudat.

Dixi formaliter; nam interpretatè, seu virtualiter
intentionem aliquam gloriæ Sanctorum ad illam
infallibiliter, certoque obtinendam nulli Theologorum
dubium hactenus fuit esse potest, quia in prædestina-
tione Sanctorum claudatur: cum hæc, ut minimum, for-
male medium efficaciam, ceteroque eam ipsam
gloria coniungendorum claudat electionem multiplex
medij alicuius ad finem electio absque finis intentione
formali, saltem præsupposita esse, concipitur ab ab-
quo ita eligente valeat. Dixi etiam aliquam: quia in
illis Doctoribus, qui gloriæ ipsorum ipsorum intentionem
formalem in prædestinatione ipsorum claudi volun-
trantur, nonnulli efficacem gloriæ ipsorum intentionem
esse volunt; alij vero, nec efficacem de facto, nec
de possibili contendunt. Quare de hoc speciali pro-
mum agemus, ut locus posterius disputandi de prima
maneat locus.

CERTAMEN I.

Prædestinatio efficacem gloriæ Sancto-
rum intentionem formalem
minimè claudat.

1. **P**rædestinationem sanctorum ad gloriam effi-
caci Dei intentionem de ipsorum gloria for-
malem continere: immo & in hac sola formali intente-
ne efficacem gloriæ Sanctorum eorum prædestinationem
consistere, docere Alexand. 1. part. quest. 22. m. j.
Ockam. Gabriel. & Guill. de Rul. in 1. d. 42. & 43. Sum-
menis 6. Biblioth. annot. 31. Catharin. de prædesti-
natione